

~~C. c. 437~~ ~~4~~ ~~230~~

Tabularum Papiracearum Statuarum  
[Achilleas]  
[Paris] 1506.

- 1) Statius, achilleides.  
am. fol. 12 p.  
Dionysius Heremita des (Paris), Jean Petit, 1506.  
Jean Marchant, Paris  
2) Aristoteles, populi frequentium  
Bas. 1566.
- 3) Geraldinus, fr., brecolica.  
Flores, Thomas Anselmum, 1507.
- 4) Censorinus, de die natali etc.  
(Mailand), Joh. Jacobus de Segno  
et fratres, (ca. 1503).
- 5) Volucius, (fo.), in Aristoteles de  
anima libro. Basid. 1537.

D.

MF. (5)

Corpore legi... Memoria...  
 Statuus in achilleide  
 Corpore legi...

59



Illustration  
 Illustration  
 Illustration  
 Illustration

Venundantur in vico diui Jacobi  
 Sub leone argenteo.  
 Illustration...  
 Illustration...  
 Illustration...



¶ Focaudi moneri tetraſtichon  
in achilleiden ſtatit.

Inclyta geſta viri eacide celebravit homerus:

Aſt adoleſcentis ſtatis acta canit.

Thebais hunc etiam / cultre ſilueq; decorant

Hortulus iſte tamen cultius vber habet.

¶ Totius achilleidos cōpendium.

A chironē thetis ad ſciron ducit achillem

Et (pirrho genito) troiam petit / arte repertus .

¶ Summa Statiane achilleidos.

In primo chirona petit thetis ante precata.

At thetis emonio lycomedī tradit achillem.

Tertius eacidē querit: generat quoq; pirrhū.

Quartus at occultum pelidem prodit vlixī.

Navigat eacides ad debita pergama quinto.

¶ Argumentum primī Libri achilleidos.

Themate propoſito narrat thetis alma rapinam

Tyndaridīs conqueſta: rates ſed vana precatur

Mergere rheteas. alios commenta paratus

Tendit in emoniam carum ablatura magiſtro

Eacidē tunc forte feras lethale fugantem.

Ille redit: letuſq; dapum poſt munera matri

Fila mouens canit heroas. nox occupat artus.



LIBER PRIMVS

Lucii papinii Statii achilleidos  
Liber primus.

**M** Agnanimum eacidē formidatāq; tonāti  
Progeniē/ et patrio vetitā succedere caelo

Diua refer: q̄q; acta viri multū indyta cantu

Mæonio: sed plura vacant. nos ire per omnem

(Sic amor est) heroa velis: scyroq; latentem

Dulichia proferre tuba: nec in hectore tracto

Sistere: sed tota iuuenem deducere troia.

Tu modo (si veteres digno depleuimus haustu)

Da fontes mihi phœbe novos: ac fronde secūda

Necte comas: neq; ei aoniū nemus aduena pulso

Nec mea nunc virtis albescūt tempora primis.

Scit dirceus ager: meq; inter prisca parentum

Nonina/cūq; suo memorant amphione Thebe.

At tu quē longe primū stupet itala virtus/

Graiaq;: cui gemine florent vatūq; / ducumq;

Certatim laurus: olim dolet altera vinci:

Da veniā: ac trepidū patere hoc sudare parūper

Pulvere. te longo nec dum fidente paratu

Molimur: magnusq; tibi preludat achilles.

**S** Oluerat oebalio classē de littore pastor

Dardan<sup>o</sup> icautas blāde populatus amyclas:

Plenaq; materni referens presagia somni

a ii

Propositōi  
mixta inuo  
catio

Per cantum  
Mæonium  
versus ho  
meri intel  
ligit.

Scyrus  
Dulichiu i  
sula sub di  
tione vlixis  
Opē numi  
nis iplorat  
si illi satisfe  
cit in opere  
pri<sup>o</sup> edito

Amphion  
thebas mus  
ris muniuit  
Excusatio  
& venie pe  
titio  
Domitian<sup>o</sup>  
rei militaris  
et litterarū  
nō expers

Narratio.  
Paris a laco  
nia cū hele  
na reuertit.

STATII ACHILLEIDOS

Culpatū relegebat iter:qua condita ponto

Hellepōt<sup>9</sup> Fluctibus inuisis iam nereis imperat helle:

Metus the Dum thetis ideos(heu nunq̄ vana parentū

aidis Auguria)expauit vitreo sub gurgite remos.

Nec mora:ab vndosis turba comitāte sororum

Profiluit thalamis:feruēt coeuntia phixi

Littora: & augustū domias nō explicat equor.

Illa vbi discusso primū subit aera ponto:

Me petit: hec mihi classis (ait) funesta minatur

Protheus a Agnosco monitus:et prothea vera locutum.

chillē i bel-

lo Troiano Ecce nouā priamo facibus de puppe leuatis

periturū p̄= Fert bellona nurū. video iam mille carinis

dixit

Bellona. Ioniū/ægeum q̄ premi:nec sufficit:omnis

Mare egeū

& ionium Quod plaga graiugenū tumidis cōiurat atridis:

Atrides

Iam pelago:terrisc̄q̄ meus queretur achilles:

Et volet ipse sequi:quid enim cunabula paruo

Chiron a= Pelion:et torui commisimus antra magistrī?

chillis ma=

gister. Illic (ni fallor)laphitarū prelia ludit

Laphite

Improbus:et patria iam se meritur in hasta.

O dolor:et feri materno in corde timores.

Nun potui infœlix:cum primū in gurgite nostro

Rhoetus Rhoetee cecidere trabes:attollere magnum

mons troie

a quo rhœ Aequor:& incesti predonis vela profunda

theus

Tempestate sequi:cunctasq̄ inferre sorores:

LIBER PRIMVS

Nūc quoq; sed tardū est: iā plena iurā rāpte.  
 Ibo tamen: pelagiq; deos: dextrāq; secundi-  
 (Quod supeſt) cōplexa iouis p thetyos ānes/  
 Grandeuūq; patrē supplex miserāda rogabo  
 Vnā hyemē. dixit. magnūq; in tēpore regem  
 Aspicit: oceano veniebat ab hospite mensis  
 Letus/et equoreo diffusus nectare vultum:  
 Vnde hyemes/ventiq; silent: cantuq; quieto  
 Armigeri tritones eunt: scopulosaq; cete  
 Tirrheniq; greges circūq; infraq; rotantur  
 Rege salutato placidis ipse arduus vndis  
 Eminet: et triplici telo iubet ire iugales.  
 Illi spumiferos glomerant a pectore fluctus  
 Pone natant: delentq; pedū velligia cauda.  
 Cui thetis: o magni rector/genitorq; pfūdi:  
 Aspicit in quales miserū patefeceris vsus  
 Equor: eunt tutis terrarum crimina velis:  
 Ex quo iura freti/maiestatēq; repostam  
 Rupit iasonia pupis pegasea rapina.  
 En aliud furto scelus/et spolia hospita portāf  
 Nauigat iniuste temerarius arbiter ide.  
 Eheu quos gemitus terris/pelagoq; daturus:  
 Quos mihi: sic phrigie pēlamus p̄mia palme?  
 Hūi veneris mores: & grate munus alumne?

Secundus  
Iuppiter est  
neptunus

Hyēs pro  
tēpeſtate

Tritones  
Delphines

Thetis ne-  
ptunū allo-  
quitur

Mare pri-  
us fuit vi-  
olatū ab ar-  
gonautis

Ida

STATII ACHILLEIDOS

Has saltem: non semídeos/nóstrūq; reportant

Theſeus ne Theſea: ſi quis adhuc vndis honor: obrue pupes:  
 pos neptu- Aut permítte fretum. nulla inclementia fas ſit  
 ni.

Pro nato tímuiſſe míhi. da tollere fluctus:

Nec tibi de tantis placeat me fluctibus vnum

Littus/& iliáci ſcopulos habitare ſepulchri.

Orabat laniata comas:& peſtore nudo

Ceruleis obſtabat equis. tunc ductor aquarum

Inuítat curru: díctiſq; ita mulcet amicis.

Neptuni ad Ne pete dardaniám fruſtra theti mergere claſſem  
 thetidē ref- Fata vetant: ratus ordo deum. miſcere cruentas  
 poſſio.

Europę aſiēq; manus: conſultaq; bella:

Iuppiter & triſtes edixit cedibus annos.

Sigæū tro- Quem tu illic natum Sigeo in puluere? quanta  
 iæ promon- Aspicias víctrix phrígíarum funera matrum:  
 torium.

Cū tuus eacides lepidos modo ſanguine teucros

Vndabit campos: modo crassa exire vetabit

Flumína: & hectoreos tardabit funere currus:

Neptun⁹ & Impelletq; manu noſtros opera irrita muros:

apollo tro- Pelea ſam deſiſte queri: thalamoſq; minores:  
 iá muris cir- Cúdederūt.

Credideris peperiffe ioui: nec inulta dolebis:

Cognatis vttere fretis: dabo tollere fluctus:

Caphareus. Cum reduces danai: nocturnaq; ſigna caphareus

Exeret:& dírum paríter queremus vlixem

LIBER PRIMVS

Dixerat. illa graui vultum demissa repulsa:  
 Que iam excire fretum & ratibus bellare parabat  
 Iliacis: aliis iterum commenta paratus  
 Tristis ad aemonias detorquet brachia terras **Aemonia**  
 Ter conata manu liquidum ter gressibus æquor  
 Reppulit: & niveas feriunt vada thessala platas  
 Letantur montes: et connubialia pandunt  
 Antra sinus: lataque deæ sperchios abundat **Sperchius**  
 Obuius: & dulci vestigia circuit vnda.  
 Illa nihil gauisa locis: sed cepra fatigat  
 Pectore consilia: et solers pietate magistra  
 Logeum chirona petit: domus ardua montem **Chiron**  
 Perforat: & longo suspendit pelion arcu **Pelion**  
 Pars ex hausta manu: partem sua ruperat ætas.  
 Signa tamen: diuinaque thori: que quisque sacrarat **Domus chi-**  
 Accubitu: genioque locus monstratur: at intra **ronis descri-**  
 Centauri stabula alta patent non æqua nephadis **ptio**  
 Fratibus. hic hominum nullos experta cruores **Genium.**  
 Spicula: nec trunche bellis genialibus orni  
 Aut consanguineos fracti crathes in hostes:  
 Sed pharetræ insontes: & inania terga ferarum:  
 Hec quoque dum viridis: nam tunc labor vnus ieremi **Chiron me-**  
 Nosse salutiferas dubiis animantibus herbas: **dicie & mu-**  
 Aut monstrare lyra veteres heroas alumno. **sice artium pi-**  
 a iiii **tissimus.**

STATII ACHILLEIDOS

Et tunc venatu rediturū in limine primo  
 Oppertens pperatq; dapes: largoq; serenat  
 Igne domū. tum visa procul de litrore mater  
 Nereis: erūpit siluis: dant gaudia vires:

Chiron it  
 obuiā theti  
 di Motaq; desueto crepuit senis vngula campo  
 Tūc blādus dextra/ atq; imos sūmissus in armos  
 Pauperibus testis inducit: & admouet antris.  
 Iamdudum tacito lustrat thetis omia visu.

Thetis ad  
 chironē Nec ppressa moras: vbinā mea pignora chirō:  
 Dic: ait aut cur vlla puer iam tempora ducit  
 Te sine: nū merito trepidus sopor: atraq; matri  
 Signa deū/ & magnos vtinā mēta timores?  
 Nāq; mihi infestos vtero modo cōtuor enses:  
 Nūc planctu liuere manus: modo i vbera seuās

The. achil  
 lē stigiis a-  
 quis abluir  
 plantis ex-  
 ceptis  
 Protheus Ire feras: sepe ipa (nephās) sub inania natū  
 Tartara: & ad stygios iterū fero mergere fōtes:  
 Hos abolere metus magici iubet ordine sacri  
 Carpathius vates: puerūq; sub axe pbato  
 Secretis lustrare fretis: vbi littora summa  
 Oceani: & genitor tepet illabentibus astris  
 Pontus: vbi ignotis horrenda piacula diuis/  
 Donaq; sed longū cuncta enūerare: vectorq;  
 Trade magis sic fata parēs. neq; ei ille dedisset:  
 Si molles habitus/ & tegmina feda fateri

80 LIBER PRIMVS

Ausa seni. tunc ille refert: duc optima queso:  
 Duc genitrix: humilique deos infringe precatu:  
 Nam superant tua vota modis. placadaque multum  
 Inuidia est. non addo metum: sed vera fatebor:  
 Nescio quid magnum: nec me patria omnia fallunt  
 Vis festina parat: tenerosque superuenit annos.  
 Olim ferre minas: & obire audita solebat  
 Imperia: & nostris procul haud discedere ab atris  
 Nunc illum non ossa capit: non pelion ingens:  
 Thessalica ve niues ipsi mihi sepe queruntur  
 Centauri raptasque domos: abstractaque coram  
 Armata: & semet campis fluuiisque fugari.  
 Insidias & bella parant: timidi que minantur.  
 Olim equidem argutos pinus cum tessala reges  
 Hac ueheret: iuuenem alciden / & thesea uidi.  
 Sed taceo. figit gelidus nereida pallor:  
 Ille aderat multo sudore / & puluere maior:  
 Attamen arma inter festinantisque labores  
 Dulcis adhuc visu: niueo natat ignis in ore  
 Purpureus: fuluoque nitet coma gratior auro  
 Nec dum prima noua lanugine vertitur etas  
 Tranquilleque faces oculis: & plurima vultu  
 Mater inest: qualis lycia venator apollo  
 Quo redit: & seuis permutat plectra pharetris.

Chiron ad  
 thetidē

Ossa peliō

Chiron a-  
 chillē her-  
 culi et the-  
 seo refert.

## STATII ACHILLEIDOS

Forte et letus adest: o quum gaudia formæ  
 Pholoe. Adiiciunt. fetam pholoes sub rupe leenam  
 Perculerat ferro: vacuisq; reliquerat antris  
 Ipsam: sed catulos asportat: & incitat vngues  
 Quos tamē (vt fido genitrix in lumine visa est)  
 Abiicit. exceptaq; auidis circumligat vlnis  
 Iam grauis amplexu/iāq; equus vertice matri.  
 Insequitur magno iam tunc connexus amore  
 Patroclus: tantisq; extenditur emulus actis.  
 Patroclus achillis co-  
 mes Par studiis: euisq; modis: sed robore longē:  
 Et tamen equali visurus pergama fato.  
 Protinus ille subit rapido que proxima/saltu  
 Flumina: fumantesq; genas/crinemq; nouauit  
 Eurotas  
 Castor. Fontibus eurote. qualis vada castor anhelō  
 Intrat equo: fessumq; sui iubar excitat astri.  
 Miratur: comitq; senex nūc pectora mulcens  
 Nunc fortes humeros. angūt sua gaudia matrē.  
 Tunc libare dapes/baccheaq; munera chiron  
 Orat et attonitā vario oblectamine mulcens  
 Elicit extremo chelin: & solantia curas  
 Fila mouet: leuiterq; expertas pollice cordas  
 Dat puero: canit ille libens inania laudum  
 Semina: quo tumide superarit iuisa nouerca  
 Amphitrio  
 niades bea Amphitroniades. crudo quo bebrica cestu

LIBER SECVNDVS

Obruerit pollux:quáto circundata nexu

Ruperit ægides minoia brachia tauri.

Maternos in fine thoros: superisq; grauatum

Pelion.hic fictori sit thetys anxía vultu.

Nox trahit in somnos:saxo colla bitur ingens

Centaurus:blandisq; humeris se inneñit achilles.

(Quã ibi fida parens)assuetaq; pectora mauult.

¶ Argumentũ secundi libri achilleidos

Ad placidas deportat aquas thetys anxía natũ

Pelides bláde renuit genitricis amictus.

Scyriadis tandem patitur correptus ab igne.

Rex thetydis natũ recipit sub imagine falsa.

¶ L.Papinii Statii Achilleidos  
Liber secundus.

**A**T thetis vndisonis p nocte in rupibus astas  
Que nato secreta velit: quibus abdere terris

Destinet:huc illuc diuersa mente volutat

Proxima sed studiis multũ mauortia thrace

Nec macedũ gens dura placet: laudũq; daturi

Cecropide stimulos:nimium oportuna carinis

Seston: Abideiq; sinus. placet ire peraltas

Cycladas:hinc sprete miconosq; huilifq; seristos

Et lenos nõ equa viris: atq; hospita delos

Gentibus inbellis nuper nicomedis in aula

Thrace

Macedões  
Atheniēses

Sestos &  
abidos  
Cyclades

Licomedes

STATII ACHILLEIDOS

Virgineos cetus: & littora consona ludo  
 Aegæon Audierat/duros laxantem egeona nexus  
 Iussa sequi: centūq; dei numerare cathenas  
 Hec placet: hec timide tellus tutissima matri  
 Qualis vicino volucris iam sedula partu/  
 Iāq; timens: qua frōde domū suspēdat inanē:  
 Prouidet hinc vētos: hinc anxia cogitat āgues:  
 Hinc hoies tādem dubie placet umbra: nouisq;  
 Vix stetit in ramis: & p̄tinus arbor amatur.  
 Altera consilio supest: tristemq; fatigat  
 Cura deā: natū ipsa sinu cōplexa per vndas/  
 An magno tritone ferat: ventos ne volucres  
 Thaumātis Aduocet: an pelago solitā thaumantida pasci.  
 Elicit inde fretis: & murice frenat acuto  
 Delphinas biūges: quos illi maxima thetys  
 Gurgite athlāteo pelagi sub valle sonora  
 Nutrierat nullis vada p̄ neptunia glauce  
 Tantus honor forme: nādiq; potētia nec plus  
 Pectoris humani. iubet hos subsistere pleno  
 Littore: ne nude noceant contagia terræ  
 Ipsa dehinc toto resolutum pectore achillē  
 (Quis pueris sopor) emoniū de rupibus antri  
 Ad placidas deportat aquas: & iussa tacere  
 Littora. monstrat iter: totoq; effulserat orbe

LIBER SECVNDVS.

Cynthia. prosequitur dominā: celeresq; recursus Cynthia  
 Securus pelagi chiron rogat: vdaq; celat  
 Lumina: et abreptos oculis iamiaq; latentes  
 Erecto prospectat equo: qua cana parumper  
 Spumant signa fuge: et liquido perit orbita poto  
 Illum non alias rediturum ad thessala tempe  
 Iam tristis phloe: iam nubilus ingemit othrix:      Othrix.  
 Et tenuis sperchios aquis: speluncaq; docti  
 Muta senis: querunt puerilia carmina fauni:  
 Et sperata diu plorant connubia nymphæ.  
 Iam premit astra dies: humilisq; ex equore titan  
 Rorates euoluit equos: et ab ethere magno      Chrono-  
 Sublatum curru pelagus cadit: at vada mater      graphia.  
 Scyria iam dudum fluctus emensa tenebat:  
 Exierantq; iugo fessi delphines herili:  
 Cum pueri tremefacta quies: oculiq; iacentis  
 Infusum sensere diem. stupet aere primo  
 Que loca: qui fluctus. vbi pelion: omnia versat:  
 Atq; ignota videt: dubitatq; agnoscere matrem  
 Occupat illa manu: blandeq; affata pauentem:  
 Si mihi care puer thalamos sors equa dedisset.  
 Quos dabat: æthereis ego te coplexa tenerem  
 Sydus grāde plagis: magniq; puerpera celi  
 Nil humiles parcas: terrenaq; fata vererer:

## STATII ACHILLEIDOS

Nunc impar tibi nate genus: præclusaq; lethi  
 Tãtũ matre via est: cui nunc metuẽda propinquãt  
 Tempora: et extremis admota pericula metis.  
 Cedamus: paulumq; animos summitte viriles:

Hercules  
 muliebrẽ ve  
 stitũ induit

Atq; habitus dignare meos: si lydia dura  
 Pensa manu. mollesq; tulit tyrinthius hastas:

Bacchus

Si decet aurata bacchum vestigia palla  
 Verrere: virgineos si iuppiter induit artus:

Ceueus

Nec magnum ambigui fregerunt ceuea sexus:  
 Has sine queso minas: numeq; exire malignũ  
 Mox iterũ campos/iterum centaurica reddẽ  
 Lustra tibi: per ego hoc decus/& vëtura iuuẽte  
 Gaudia: si terras/humilẽq; experta maritũ  
 Te propter: si progenitum stigis amne seuro  
 Armaui totumq; vitinã. cape. tuta parũper  
 Tegmina nil nocitura animo. cur ora reducis  
 Quid ve parant oculi: pudet hoc mitescere cultu:  
 Per te care puer: cognata per equora iuro:  
 Nesciet hoc chiron. sic horrida pectora tractat  
 Nec quicq; mulcens: obstat genitorq; roganti:  
 Nutritorq; ingens: et cruda exordia magne  
 Indolis. effrene tumidum velut igne iuuẽte  
 Si quis equũ primis summittere tẽret habenis  
 Ille diu campis/fluuifq; / & honore superbo

LIBER SECVNDVS.

Gauſus non colla iugo: non aſpera prebet  
 Ora lupis: dominiq; negat captiuus inire  
 Imperia: atq; alios miratur diſcere curſus.  
 Quis deus attonite fraudes/ aſtũq; parenti  
 Cõtulit: indocile quæ mens detraxit achillẽ:  
 Palladi littore celebrabat ſcyros honorũ Scyros  
 Forte diem: placidoq; ſate lycomede ſorores  
 Luce ſacra patriis (quæ rara licentia) muris  
 Exierant dare veris opes: diueq; ſeueras.  
 Frõde ligare comas: et ſpargere floribus haſtã.  
 Omnibus eximiũ forme decus: omnibus idem  
 Cultus: & expleto teneri tam fine pudoris  
 Virginitas matura thoris: animiq; tumentes  
 Sed q̃tũ virides pelagi venus addita nymphas  
 Obruit: aut humeris quãtũq; diana relinquit  
 Naiades: effulget tantum regina decori  
 Deidamia chori: pulchriſq; ſororibus obſtat Deidamiæ  
pulchritu-  
do.  
 Illius e roſeo flãmatur purpura vultu  
 Et gemmis lux maior ineſt: & blandius aurum  
 Atq; ipſi par forma dee: ſi pectoris angues  
 Ponat: & exempta placetur caſſide vulrus.  
 Hanc vbi ducentẽ longe ſocia agmina vidit  
 Trux puer/ & nullo temeratus pectora motu:  
 Dirigit: totiſq; nouũ bibit offibus ignem.

## STATII ACHILLEIDOS

Massage  
te

Nec latet haustus amor: sed fax vibrata medullis  
 In vultus/atq; ora redit:lucemq; genarum  
 Tingit: et impulsam tenui sudore pererrat.  
 Lactea massegere veluti cum pocula fuscant  
 Sanguine puniceo: vel ebur corrumpitur ostro:  
 Sic variis manifesta notis palletq;/rubetq;  
 Flâma recens:eat:atq; vltro ferus hospita sacra  
 Discutiat turbe securus et immemor eui:  
 Ni pudor/& iuncte teneat reuerentia matris.  
 Vt pater armeti quondâ rectorq; futurus:  
 Cui nondum toto peraguntur cornua giro:  
 Quom sociâ pastus niueo candore iuuençã  
 Aspicit:ardescuntq; animi:primusq; per ora  
 Spumat amor:spectât hilares:optâtq; magistris:  
 Occupat arrepto iam tēpore conscia mater:  
 Hos ne inter simulare choros:& brachia ludo  
 Neçtere nate graue est:gelida quid tale sub ossa.  
 Peliacisq; iugis: o si mihi iungere curas:  
 Atq; alium portare sinu contingat achillem:  
 Mulcetur:letusq; rubet:visusq; superbos  
 Obliquat: vestesq; manu leuiore repellit.  
 Aspicit abiguum genitrix:cogitq; volentem:  
 Inneçtitq; sinus:tunc colla regentia mollit:  
 Submittitq; graues humeros:et forciã laxat

LIBER SECVNDVS

Brachia: et impexos certo domat ordine crines:

Achilles  
muliebris ha  
bitu induit.

Ac sua dilecta ceruice monilia transfert.

Et picturato cohibet vestigia limbo.

Incessum/motumque docet/fandique pudorem.

Qualiter artificis iuncturae pollice cera

Accipiunt ferans: ignemque/manumque sequuntur:

Talis erat diue natum mutantis imago.

Nec luctata diu: superest nam plurimus illi

Thetis filium  
instruit.

Inuisa virtute decor: fallitque tuentes

Ambiguus/tenuisque latens discrimine sexus

Procedunt: iterumque monet: rursusque fatigat

Blanda thetis: sic ergo gradum: sic ora: manusque

Nate ferens: comitesque modis imitabere fictis:

Ne te suspectum molli non misceat aulae

Rektor: et incepti pereant mendacia furti.

Dixit: & admoto non cessat comere tactu.

Sic ubi virgineis hecate. lassata pharetris

Hecate.

Ad patrem/fratremque redit: comes heret eunti

Mater: et ipsa humeros: exertaque brachia velat.

Ipsa arcum/pharetramque locat: vestesque latentes

Deducit: sparsosque studet componere crines.

Protinus aggreditur regem: atque ibi testibus aris/

Thetis ad  
licomedem.

Hanc tibi: ait: nostri germanam rektor achillis

Nonne vides ut torua genas: equadaque fratri:

bi

STATII ACHILLEIDOS

Tradimus. arma humeris: arcūq; animosa petebat

Ferre: et amazonio connubia pellere ritu.

Sed mihi curarum satis est pro stirpe virili.

Hec calatos: hec sacra ferat. tu frange regendo

Indocilem: sexūq; tene: dum nubilis etas:

Soluendusq; pudor. neue exercere proteruas;

Gymnades Gymnadas: aut lustris nemorum cōcede vagari

Intus ale: & similes inter seclude puellas.

Littore precipue/portūq; arcere memento.

Phryges q  
& troiani di  
cuntur. Vidisti modo vela phrygum. iam mutua iura  
Fallere transmissse pelago didicere carinæ.

Accedit diātis pater: ingenioq; parentis

Occultū eacidem (quis diuū fraudibus obftet?)

Accipit: vltro etiā veneratur suplice dextra:

Et grates electus agit. nec turba piarum

Scyriadum cessat nimio defigere visu

Virginis ora noue: quantū ceruice comisq;

Emineat: quātūq; humeros: ac pectora fundat.

De hinc sociare choris: castisq; accedere sacris

Hortantur: ceduntq; locū: & contingere gaudēt.

Qualiter idaliæ volucres vbi mollia frangunt

Nubila: iam longū cœloq; domoq; gregate:

Sī iunxit pennas: diuersoq; hospita tractu

Venit auis: cunctæ primū miratur: & horrent.

LIBER SECVNDVS

Mox propiusq; volant sociá iáq; aere in ipso  
Paulatim fecere suá: plausuq; secundo

Circueunt hilares: & ad alta cubilia ducunt.

Digreditur multū cunctata in limine mater:

Dum repetit monitus: arcanaq; murmura figit

Auribus: et tacito dat verba nouissima nato.

Tunc excepta freto longe ceruice reflexa

Thetis res  
cedit.

Abnatat: et blandis affatur littora verbis:

Cara mihi tellus: magne cui pignora curæ/

Depositumq; ingens tímido cómisimus astu:

Sis foelix: taceasq; precor: quo more tacebat

Creta rhee. te longus honos: eternaq; cingent

Rhea

Templa: nec instabili phama superabere delo.

At ventis et sacra fretis: interq; vadosas

Cycladas: egee frangunt vbi saxa procellæ:

Cyclades

Nereidū tráquilla domus / iurandaq; nautis

Insula: nec solum danaas admitte carinas

Te precor: hic thyasos tantū. & nihil vtile bellis:

Nec phamá narrare doce: dūq; arma parantur

Dorica: et alternū mauors interfurit orbem:

Cedo equidē: sit virgo pii lycomedis achilles.

Doricus.

¶ Argumentum tertii libri achilleidos

Vltor in hectoridas graios dolor armat atridū.

Aulide iuratur. pelides poscitur absens.

b ii

STATII ACHILLEIDOS

Panditur: in scyro q̄ sit querendus achilles.  
 Seq̄ virum fassus pyrhum generauit achilles.

Statii Papinii Liber Tertius.

Europa

**I**Nterea meritos vltrix europa dolores  
 Dulcibus armorū furis/ & supplice regū  
 Cōquestu flāmata mouet. quippe ābit atrides  
 Ille magis: cui nupta domi: facinusq̄ relatum  
 Asperat iliacum: captam sine Marte: sine armis

Sparta

Progeniem celi: spartheq̄ potentis alumnā:  
 Iura/ fidem/ superos vna calcata rapina.  
 Hoc fedus phrygiū: hec gemine cōmercia terræ:  
 Quid maneat populos: vbi tanta iniuria primos  
 Decrassata duces: coeunt gens om̄is/ & etas.

Isthmes.

Nec tantum exciti: bimari quos isthmia vallo

Malea.

Claustra: nec vndifone quos circuit vmbro malee:  
 Sed procul admotū: phrixī qua semita iungi  
 Europāq̄ aliāq̄ verat: quasq̄ ordine gentes

Abidos

Littore abydeno maris alligat vnda superni.  
 Feruet amor belli: concussasq̄ erigit vrbes.  
 Aere sonant themese: quatitur naualibus ora

Euboia

Mycene  
 Populi græ  
 cis auxiliū  
 prebentes

Euboīs: innumera resonant incude mycene:  
 Pisa nouat currus: nemeē dant terga ferarum:  
 Cyrrha sagittiferas certat stipare pharetras:  
 Lerna graues clipeos celis vestire iuuenis:

LIBER TERTIVS

Dat bello pedites etholus: & asper acarnam.  
 Argos agit turmas. vacuantur pascua ditis  
 Arcadie. frenat celeres epiros alumnos: Epiros no-  
 Phocis/& aonie iaculis rarefcitis vmbre: miatiu<sup>9</sup> gre-  
 Murorū tormenta pylos/messanaq; tradunt. cus.  
 Nulla immunis humus: velluntur postibus altis  
 Arma olim dimissa patrū: flāmisq; liquefcunt  
 Dona deum: raptum superis mars efferat aurū.  
 Nusq; vmbraē veteres. minor otris:& ardua sidūt  
 Thaygeta: exuti viderunt aera montes.  
 Iam natat omne nemus: ceduntur robora classi:  
 Silua minor remis: ferrum laxatur ad vsus  
 Innumeros: quod rostra liget: quod muniat arma  
 Belligeros quod frenet equos: qđ mille cathenis  
 Squallentes nectat tunicas: quod sanguie fumet:  
 Vulneraq; alta bibat: quod cōspirante veneno  
 Impellat mortes: tenuātq; humanitia saxa  
 Attritu: et nigris addūt mucronibus iras.  
 Nec modus: aut arcus: lētare: aut fūdere glādes.  
 Aut torrere fudes: galleasq; attollere conis.  
 Hos inter motus pigram gemit ora quietem  
 Thessalis: et geminis incusat fata querelis: Thessalia,  
 Quod senior peleus: nec adhuc maturus achilles.  
 Iam pelopis terras: graiūq; exhauserat orbē Pelops.

## STATII ACHILLEIDOS

Præcipitans in transtra viros insanus equosq;  
 Bellipotens: feruent portus: & operta carinis  
 Stagna: suasq; hyemes classis permota suosq;  
 Attolit fluctus: ipsum iam pupibus equor  
 Deficit: & totos consumunt carbasa ventos.

*Aulis hecateia a diana sic dicta.* Prima rates danaas hecateia congregat aulis/  
 Rupibus expositis/longiq; crepidine dorfi  
 Euboicū scandens aulis mare: littora multum

Caphareus. Montiuage dilecta deę: iuxtaq; caphareus  
 Latratum pelago tollens caput. ille pelafgas  
 Vt vidit transnare rates: ter monte ter vndis  
 Insonuit: seueq; dedit prælagia noctis.  
 Cetus ibi armorum: troiæ fatalis ibi ingens  
 Iuratur bellum: donec sol annuus omnes  
 Conficeret metas: tum primū græcia vires  
 Cōtemplata suas: tum sparsa/ac dissona moles:

*Agamēnon dux exercitus græciæ effectus.* In corpus/vultūq; coit: et rege sub vno  
 Disposita est. sic torua feras indago latentes  
 Claudit: et admotis paulatim cassibus arctat.  
 Ille ignem/sonitūq; pauent: diffusaq; linquunt  
 Auia: miranturq; suum decrescere montē:  
 Donec in angustā ceciderunt vndiq; vallem:  
 Inq; vicem stupuere greges: socioq; timore  
 Māsuescūt: simul hyrtus aper: simul vrsa: lupusq;

LIBER TERTIVS

Cogitur: & captos contemnît cerua leones.  
 Sed quæ gemini pariter sua bella capebant  
 Atride: famamque auidi virtute paternam  
 Tydides: stenelusque premat: nec cogitet annos  
 Antilochus: septemque aiax umbone coruscet  
 Armenti reges: atque equum menibus orbem:  
 Consiliis/animisque vigil contendat vlixes:  
 Omnis in absentem bellianus ardet achillem.  
 Nomen achillis amant: & in hectora solus achilles  
 Poscitur: illum vnum teucris: priamoque loquuntur  
 Fatalem: quis enim emoniis sub vallibus alter  
 Creuerit effossa reptans niue: cuius ab ortu  
 Cruda rudimenta/ & teneros formauerit annos  
 Centaurus: patrii propior cui linea celi:  
 Quæue alium stigos tulerit secreta per amnes  
 Nereis: & pulcros ferro perstrinxerit artus:  
 Hec grate castris iterant: traduntque cohortes.  
 Cedit turba ductus: vincique haud mæsta fatetur.  
 Sic quom pallentes phlegrea in castra coirent  
 Celicole: iamque othrisiam gradius in hastam  
 Surgeret: & lybicos tritonia tolleret angues:  
 Ingentemque manu curuaret delius arcum:  
 Stabat anhela metu solum natura tonantem  
 Respiciens: quando ille hyemes: tonitrusque vocaret

Græci venantur.

Greci achillem amant.

Phlegreus

Othrisii populi  
 Bellum deorum  
 et gigantum

## STATII ACHILLEIDOS

**Aethna** Nubibus.ignífera que fulmína posceret aethna.  
 Atq; ibi dum mixta vallatí plebe suorum  
 Et maris/et bellí consultant tempora reges.

**Calchas.** Increpítans magno vatem calchanta tumultu

**Prothesila<sup>9</sup>** Prothesilaus ait(nāq; huic bellare cupido.  
 Precípua:& primæ íá tunc data copia mortis)  
 O nímiúm phœbi/tripodumq; oblíte tuorum

**Testorides.** Testoride:quádo ora deo possessa mouebis  
 Iustius:aut que ná parcarum occulta recludes  
 Cernis:vt ignotū cuncti stupeātq;/petantq;

**Diomedes** Eacidem:sordet vulgo calydonius heros:  
**a calidone** Et magno genitus thelamone:aiaxq; secundus:  
**Duo aiaces** Nos quoq;:sed mauors/et troia arrepta p̄babūt  
 Illum neglectis(pudet heu)ductoribus omnes  
 Belligerum ceu numē amāt.dic ocíus(aut cur  
 Serta comis:et multus honos)quibus addit<sup>9</sup> oris:  
 Qua ve iubes tellure peti:nā fama nec antris  
 Chironis:patriá nec degere peleos aula  
 Eya age rumpe moras: & fata latentia laxa:  
 Laurigerosq; ignes:siquádo:auidíssimus haurí.  
 Arma horrenda tibi seuosq; remittimus enses.  
 Nunq̄ has ímbelles galea violabere víttas.  
 Sis foelís:numeroq; ducum prestárior omni:  
 Si magnum danaís per te portandis achillem.

## LIBER TERTIVS

Iam dudū trepido circumfert lumina motu:  
Intrantemq; deum primo pallore fatetur  
Thestorides: mox igne genas/ & sanguie torquēs  
Nec socios: nec castra videt: sed cecus/ & amens  
Nunc superū magnos deprendit: in ethere cetus:  
Nunc sagax affatur aues: nunc dira sororum  
Licia: thuriferas modo cōsulit anxius aras:  
Flāmarumq; apices rapit: et caligine sacra  
Pascitur: exiliunt crines. rigidisq; laborat  
Vitta comis: nec colla loco: nec in ordine crines.  
Tandē fessa tremēs longis mugitibus ora  
Solvit: et oppositum vox eluctata furorem est:  
Quo rapis ingentē magni chironis alumnum  
Femineis nereī dolis: huc mitte. quid aufers?  
Non patiar. meus iste meus. tu diua profundū:  
Et me phœbus agit. latebris quibus addere tātas  
Euerforem asiæ: video per cycladas altas  
Attonitum/ et turpi querentē littora furto.  
Occidimus: placuit lycomedis conscia tellus.  
O scelus: en fluxæ veniunt in pectora vestes.  
Scinde puer: scide & timide ne crede parenti.  
Hei mihi rapt<sup>9</sup>abit: quenā hec pcul i proba virgo  
Hic murante gradu stetit: amissisq; furoris  
Viribus/ ante ipsas tremefactus: corruit aras:  
ci

Diomedes  
et vlixes

Tūc herentē itachū calidonius occupat heros.  
Nos vocat iste labor: neq; enī comes ire recuso:  
Sī te cura trahat licet ille sonantibus antris  
Therios aduerse/ gremioq; prematur a quo se  
Nereos inuenies: tu tantū prouidus astu  
Tēde aīm vigilem: fecundūq; erige pectus.  
Nā te quis vatū dubiis in calibus ausit  
Fata videre prior: subicit gauisus vlixes:  
Sic deus omnipotens firmet sic annuat illa

Pallas patri  
diomedis  
plurimū in  
thebaide fa  
uit

Virgo paterna tibi. sed me spes lubrica versat:  
Grande equid' castris armatū inducere achillem:  
Sed si fata negent: q̄ fedū/ ac triste reuerri.

Vora tamē danaū non intentata relinquā  
Iāq; adeo aut aderit mecū peleius heros:

Aut verū penitus latet: & sine apolline calchas

Agaménno

Cōclamant danaī: stimulatq; agamēno volētes

Laxātur cetus: resolutaq; murmure leto

Agmina discedunt: quales iā nocte propinqua

Epastu referunt apes: vel antra reuertī

Hibla

Melle nouo gradivas miris videt hibla cateruas.

Nec mora. iam dextras ithaceia carbasus auras

Poscit: et in trāstris hilaris sedere iuuentus.

At procul occultū falsi sub ymagine sexus

Eacideni furto iam nouerat vna latentē

## LIBER TERTIVS

Deidamia virum: sed aperte conscia culpæ  
 Cuncta pauet: tacitasq; putat sentire sorores:  
 Nāq; vt virgineo stetit agmine clarus achilles:  
 Exsoluitq; rudem genitrix digressa pudorem:  
 Protinus elegit comitē (quāq; omnis in illum  
 Turba coit) blandeq; nouas nil tale timenti  
 Admonet insidias: illā sequiturq; premitq;  
 Improbis: illā oculis iterūq; iterumq; resumit.  
 Nunc nimum lateri non enitatis inheret:  
 Nunc leuibus ferris/lapsis nunc spōte canistris/  
 Nunc thyrsō parcente ferit: modo dulcia notē  
 Fila liræ/tenuesq; modos/et carmina monstrat  
 Chironis: ducitq; manū: digitosq; sonanti  
 Infringit cytharæ: nunc occupat ora canentis:  
 Et ligat amplexus: & mille per oscula laudat.  
 Illa libens discit: quo vertice pelion: & quis  
 Eacides: pueriq; auditū et nomen/et actus  
 Assidue stupet: et presentē cantat achillem.  
 Ipsa quoq; et validos preferre modestius artus:  
 Et tenuare rudes attrito pollice lanas  
 Demonstrat: reficitq; colos/et perdita dura  
 Pensa manu. vocisq; sonū: pondusq; tenentis:  
 Quodq; fugit comites: nimum q; lumine sese  
 Figat: et in verbis intempestius anhelet:

STATII ACHILLEIDOS

Miratur. iam iamq; dolos aperire parantem

Virginea leuitate fugit: prohibetq; fateri.

Rhea mater Sic sub matre rhea iuuenis regnator olympi

ious & iu- Oscula secure dabat insidiosa sorori  
nonis.

Frater adhuc: medii donec reuerentia cessit

Sanguinis: & veros germana expauit amores.

Tandem detecti timide nereidos astus.

Mod<sup>o</sup> quo Lucus agenorei sublimis ad orgea bacchi  
astus fuerut

detecti Stabat/ & admissum celo nemus: huius in vmbra

Alternum reuocare pie triaterica matres

Consuerant: scissumq; pecus: terraq; reuulsas

Ferre trabes: gratosq; deo prestare furores.

Lex procul ire mares: iterat precepta verendus

Ductor: in accessumq; viris edicitur antrum.

Nec satis est: stat sine dato metuenda sacerdos:

Exploratq; aditus: ne quis temerator oberret.

Agmine foemineo. tacitus subrisit achilles.

Illum virgineq; ducentem signa ceterue/

Magnaq; difficili soluentem brachia motu

Et sexus pariter decet/ & mendacia matris.

Mirantur comites. nec iam pulcherrima turbe

Deidamia fug: tantumq; admota superbo

Vincitur eacide: quantum premit ipsa sorores.

Vt vero a tereti demisit nebrida collo:

LIBER TERTIVS

Errantesq; sinus hedera collegit: et alte  
 Cinxit purpureis flauentia tempora vittis:  
 Vibrauitq; graui redimitum missile dextra:  
 Attonito stat turba metu: sacrifq; relictis  
 Illum ambire libet: pronosq; attollere vultus.  
 Talis vbi ad thebas vultu/animosq; remisit  
 Euchius: & patrio faciauit pectora luxu: Euchius no  
men bachi.  
 Serta comis mitra q; leuat: thyrſuq; virentem  
 Arma: et hostiles inualit fortior indos. Indi.  
 Scandebat roseo medii fastigia celi  
 Luna iugo: totis vbi somnus inertior alis  
 Defluit in terras: mutuũq; amplectitur orbem:  
 Confedere chori: paulumq; exercita pulsu  
 Era tacent: tenero quõ solus ab agmine achilles  
 Hec secũ. quo nã timide cõmenta parentis  
 Vsq; feres: primũq; imbelli arcere perdes  
 Florem animi: non tela licet mauortia dextra:  
 Non trepidas agitare feras. vbi cãpus/ & amnes  
 Emonii: queris ne meos sperchie natatus: Sperchius  
 Promissasq; comas: an desertoris alumni  
 Nullus honos/ stygiaſq; pcul iã raptus ad vndas  
 Dicor: et orbatus plangit mea funera chironi.  
 Tu nunc tela manu. nostros tu dirigis arcus:  
 Nutritosq; mihi scandis patrocle iugales: Patroclus

STATII ACHILLEIDOS

Ast ego pampineis diffundere brachia thyrsis:  
 Et tenuare colos pudet heu:tedetq; fateri  
 Iam sico. quietiam dilecte virginis ignem/  
 Equuâq; facem captus noctesq; diesq;  
 Dissimulas: quonâ vsq; feres vrentia pectus  
 Vulnera: teq; marê: pudet heu nec aôre probaris  
 Sic ait: et densa noctis gauisus in umbra  
 Tempestiua suis torpere silentia furtis  
 Vi potitur votis: & toto pectore veros  
 Admouet âplexus. risit chorus omnis ab alto  
 Astrorum: & tenere rubuerunt cornua lune.  
 Illa quidê clamore nemus/monteq; repleuit:  
 Sed bachi comites discussa nube soporis  
 Signa chorus indicta putât fragor vndiq; motus  
 Tollitur: & thyrsos iterû vibrabat achilles.  
 Ante tamê dubiâ verbis affatur amicis.

en anil:  
 Achilles  
 hic se virû  
 ostendit

Achilles ge  
 nus suû dei  
 damie dicit  
 Ille ego quid trepidas: genuit quê cerula mater  
 Pelyacis siluis: niuibulq; immisit alendû  
 Theffalicas: neq; ego hos cultus aut feda subiffem  
 Tegmina: ni primo te visa in littore: cessi  
 Te ppter: tibi pêsâ manu: tibi mollia gesto  
 Tipana. quid defles magno nurus addita pôto:  
 Quid gemis ingentes celo paritura nepotes  
 Sed pater ante igni/ferroq; excisa iacebit

LIBER TERTIVS

Scyros: et in tumidas ibunt hec versa procellas

Menta: quã seuo mea tu connubia perdas

Funere: non adeo parebimus omnia matri

Vade: sed arreptũ taceas: celestq; pudorem.

Obstupuit tantis regina exterrita monstris:

(Oq̃ olim suspecta fides) & cominus ipsum

Horruit: et multũ facies mutata fatentis.

Quid faciat: casus ne suos ferat ipsa parenti:

Seq; simul/iuuenẽq; premat fortassis acerbis

Hausurũ penas: et adhuc in corde manebat

Ille diu deceptus amor. silet egra: premitq;

Iam cõmune nefas: vnã placet addere furtis

Altricem sociã: precibus que victa duorũ

Annuir: illa astu tacito raptũq; pudorem/

Surgentẽq; vterum/atq; egros in põdere menses

Occulit: plenis donec stata te npora metis

Attulit: & partus index lucina resoluit.

Pirrhĩ natũ  
uitas lucina

¶ Argumentum quarti achilleidos.

Tandẽ exoptata scyro potiuntur achĩũ.

Nititur eacidẽ: dũ libant fercula mensis

Noscere: sed nondũ plene tũc dicit vlĩx.

Tũ ducibus graiis demũ manifestus achilles

In sacris/armisq; fuit. se deniq; vlĩxis

Hortatu retexit lycomedi: & pergama poscit.

c iiii

STATII ACHILLEIDOS

Vt celebratus hymen/nox conscia iūgit amātes .

Deidamia viri deplorat pectore fusa.

¶ Quartus achilleidos.

**I** Anq̄ per egeos ibat laertia fluctus

Puppis: & inumere mutabāt cycladas aure:

Pharos et  
olearos in-  
sule.

Iam pharos/olearosq̄ latent/iam raditur alta

Lemnos:& a tergo decrescit bacchia naxos

Ante oculos crescente famo:iam delos opacat

Equor: ibi excelsa libant carchesia puppe:

Calchas ve  
r̄.i.apollo. Responsiq̄ fidē/& verū calchanta precantur.

Audiit arcitenens:zephyrūq̄ e vertice cynthi

Impulit:& dubiis pleno dedit omnia velo.

It pelago secura ratis.quippe alta tonantis

Iussa thetīm certas fatorum vertere leges

Arcebant egrā lachrimis/ac multa gementem:

Quod non erueret pontum ventisq̄ fretisq̄

Omnibus:inuifum iam tunc sequeretur vlixem.

Frangebatur radios humili iam pronus olympo

Phœbus:& oceanī penetrabile litrus anhelis

Promittebat equis:quō se scopulosa leuauit

Scyros  
Laertiades. Scyros:in hanc totos emisit puppe rudentes

Dux laertiades:sociosq̄ resumere pontum

Imperat:& remis zephyros supplere cadentes:

Accedunt iussis:magis indubitata magisq̄

LIBER QVARTVS

Scyros erat: placidique super tritonía custos

Littoris egressi numen venerantur amice

Etholus itachusque dee: tum prouidus heros

Aduent<sup>9</sup> vli  
xis & dios  
medis ad  
sciron

Hospita ne subito terrerent menia cetui:

Puppe iubet remanere suos. ipse ardua fido

Cum dyomede petit: sed iam preuenerat arcis

Abas.

Littore seruator abas: ignotaque regi

Ediderat sed graia tamen succedere terris

Carbasa. procedunt gemini ceu federe iuncto

Hyberna sub nocte lupi: licet et sua pulset/

Natorumque fames: penitus rabiemque/minasque

Diffimulant: huilesque meant: ne nunciet hostes

Cura canum: & trepidos moneat vigilare magros

Sic segnes heroes eunt: capumque patentem

Qui medius portum/celsamque interiacet urbem

Alterno sermone serunt. prior occupat acer

Tytides: qua nunc verum ratione paramus

Scrutari: namque ambiguo sub pectore quedam

Verbo: quid imbelles thyrsos mercatus/ & era

Urbibus in mediis/baccheaque terga/mitrasque

Huc tuleris/varioque asperfas nebridas auro

His ne graue phrygibus priamoque aram<sup>9</sup> achille

Illi subridens ithacus paulum ore remisso:

Hec tibi virginea modo si lycomedis in aula est:

Vlixis cau<sup>a</sup>  
tella

## STATII ACHILLEIDOS

Agyrtes  
Tubicen

Fraude latens: vltro cōfessum in prelia ducent  
 Pelidem: tu cuncta citus de puppe memēto  
 Ferre: vbi tempus erit: clypeūq; iis iūgere donis:  
 Qui pulcher signis/auroq; asperrimus ardet.  
 Hec sat erunt: tecū lituo bonus assit agirtes  
 Occultāq; tubam tacitos apportet in vsus  
 Dixerat: atq; ipso portarum in limine regem  
 Cernit: & ostensa pacem prefatur oliua  
 Magna reor pridē vestras peruenit ad aures  
 Phama trucis belli regū placidissime: quid nunc  
 Europāq; asiamq; quatit: si nomina queras  
 Huc prolata ducū: fidit quibus vltor atrides:  
 Hic tibi quē tanta meliorē stirpe creauit  
 Magnanimus tydeus: ithacis ego ductor vlīxes.  
 Causa viæ (metuā quid enim tibi cuncta fateri:  
 Quom graius/notaq; fide celeberrimus vnus)  
 Explorare aditus: inuisaq; littora troiē:  
 Quid ve parant. medio sermone intercipit illē.  
 Annuerit fortuna precor: dextriq; secudent  
 Illa dei. nunc hospicio mea teuta/piumq;  
 Illustrate larem: simul intra limina ducit  
 Nec mora: iā mensas famularis turba/thorosq;  
 Instruit interea visu perlustrat vlīxes:  
 Scrutaturq; domum: siqua vestigia magne

## LIBER QVARTVS

Virgínis/aut dubia facies suspecta figura.  
 Porticibusq; vagis errat: totosq; penates  
 Ceu miretur: adit/velut ille cubilia prede  
 Indubitata tenens multo legit arua molosso  
 Venator: videat donec sub frondibus hoste  
 Porrectu sono/positosq; in cespite dentes.  
 Rumor in archana iam dudú prestrepit aula/  
 Virgínibus qua fida domus/venisse pelagos  
 Ductores/gratamq; rate/sociosq; receptos  
 Iure pauet alie: sed vix noua gaudia celat  
 Pelides: auidusq; nouos heroas/& arma  
 Vel talis vidisse cupit. íaq; atria feruent Vel pro etiã  
 Regali strepitu: & stricto discubitur ostro:  
 Tú pater ire iubet natas/comitesq; pudicas  
 Nataru: subeunt: quales meotyde ripa Meotis  
 Quo scyticas rapuere domos et capta getaru Scyte &  
 Menia suppositis epulatur amazones armis gete  
Amazonesi.  
 Tú vero intentos vultus/ac pectora vlixes  
 Prelibat visu: sed nox illata fefellit  
 Lumina: et extemplo latuit mensura lacetis:  
 Et tamen erectuq; genas oculisq; vaganté:  
 Nullaq; virginei seruantem signa pudoris  
 Desigit: comitiq; obliquo lumine monstrat.  
 Qué nisi precipitem blando coplexa moneret

STATII ACHILLEIDOS

Deidamia sinu:nudataq; pectora semper/  
 Exertaq; manus/humerosq; in veste teneret:  
 Et prodire thoris:& poscere vina vetaret:  
 Sepius et fronti crinale reponeret aurum:  
 Argolicis ducibus iã tunc patuisset achilles.  
 Ut placata fames epulis bis terq; repositis:

Lycomedes Rex prior alloquitur:paterisq; hortatur achiuos.  
 ad græcos. Inuideo vestris(fateor)decor inclyte gentis

Argolice ceptis. vtinã mihi fortior ætas:

Dolopes.

Queq; fuit:dolopas quũ scyria littora adortos  
 Perdomui:fregiq; vadis:que signa triumphi

Vidistis cellas murorum fronte carinas.

Saltem si soboles:aptam quã mittere bello

Possẽm plena forent mihi gaudia :nãq; iuuarem.

Nunc ipsum/viresq; meas/et cara videtis

Pignora qñ novos dabit hec mihi turba nepotes

Dixerat:et solers arrepto tempore vlixes:

Haud spernenda cupis:quis ei nõ visere gẽtes

Innumeras:variosq; duces:atq; agmina regũ

Ardeat: omne simul roburq; decusq; potẽtis

Auropẽ meritos vltro iurauit in enses:

Rura vrbesq; vacant:mõtes spoliãuimus altos

Omne fretũ longa velorũ obtexitur vmbra

Arma patres tradunt:ruiť irreuocata iuuetus

Non alias vnq̄ tantæ data copia famæ  
 Fortibus: aut cāpo maiore exercita virtus.  
 Aspicit intentū/vigiliq̄ hec aure trahentem  
 Quom paueant aliæ: demissaq̄ lumina flectant:  
 Atq̄ iterat. quisquis proauis/et gēte superbus:  
 Quisquis equo/iaculoq̄ potens: qui p̄ualet arcu:  
 Omnis honos illic: illic ingentia certant  
 Nomina: vix timide matres: vix agmina cessant  
 Virginea. multum steriles damnatus in annos  
 Inuisusq̄ deis: si quē hec noua gloria segnem  
 Præterit. exisset stratis: nisi prouida signo  
 Deidamia dato cunctas hortata sorores  
 Liq̄isset mensas ipsum cōplexa: sed heret  
 Respiciens ithacum: cetuq̄ nouissimus exit.      Ithacus  
 Ille equidem incepto paulū sermone remisit/  
 Pauca tamē iungens: at tu trāquillus in alra  
 Pace mane: carisq̄ para connubia natis:  
 Quas tibi sidereis diuarum vultibus equas  
 Sors dedit: vt me olim tacitū reuerentia tangit  
 His decor est formę species permixta virili.  
 Occurrit genitor: quid? si bacchea ferentes  
 Orgia: palladias aut circū videris aras.  
 Et dabimus: si forte nouus cunctabitur aufer.  
 Excipiunt cupidi: et tacitis spes addita votis.

STATII ACHILLEIDOS

Cetera depositis lycomedis regia curis  
 Trāquilla sub pace filer: sed longa sagaci  
 Nox ithaco: lucēq; cupit: sōnoq; grauat. 100

Agirtes et  
 diomedes Vix dum exorta dies: et iā comitatus agyrte  
 Tytides aderat: predictaq; dona ferebat. 101

Scirtades Nec minus egressē thalamis scyriades ibāt  
 Ostentare choros: promissaq; sacra verendis 102

Hospitibus. nitet ante alias. regina/comesq;  
 Pelides. quales sicutæ sub rupibus ethne 103

Nayades ethneas interq; diana feroxq;  
 Proserpina Pallas/& elysii lucebat sponsa tyranni. 104

platonis  
 vxor Iāq; mouēt gressus: thyalisq; hismenia buxus 105

Signa dedit: quater era rhee: quater euchia pulsāt  
 Terga manu: variosq; quater legere recurfus 106

Tunc thyrsos pariterq; leuāt: pariterq; reponūt:  
 Choreg di- Multiplicantq; gradum: mō quo curetes in actu 107

uerse  
 Curetes Quoq; pii samothraces eunt. nūc obuia versæ 108

Samothra-  
 ces Pestine amazonio: mō quo citat orbe lacenas 109

Delia. plaudentesq; suis intorquet amyclis.  
 Tunc vero tūc precipue manifestus achilles 110

Nec seruare vices: nec iungere brachia curat:  
 Tunc molles gressus/tunc aspernatur amictus 111

Plus solito: rupitq; choros: et plurima turbat.  
 Sic indignantē thyrsos/acceptaq; matris 112

Tympana iā tristes spectabāt penthea thebe.  
Soluuntur laudata cohors:repetuntq̃ paterna  
Límína:vbí in medie iam dudū sedibus aulae  
Munera virgíneos vísus tractura locarat  
Tytides signū hospícíi/precíiūq̃ laboris:  
Hortaturq̃/legāt:nec rex placidíssimus arcet  
Heu simplex/nimíūq̃ rudis:quí callida dona/  
Graiorūq̃ dolos/varíiūq̃ ignorat vlixem.  
Hínc alíæ/quas sexus iners/naturaq̃ ducit:  
Aut theretes thyrsos:aut respondētia tentant  
Tympana:gemmatís aut cingunt tēpora vittis.  
Arma vident:magnoq̃ putāt donata:parentí.  
At ferus eacides radiantem vt comínus orbem  
Celatū pugnis/seuis et forte rubentem  
Bellorum maculis acliuē conspicit hastam:  
Infremuit:torsítq̃ genas:& fronte relicta  
Surrexere comæ:nusq̃ mandata parentís:  
Nusq̃ occultus amor.totoq̃ in pectore troia est.  
Vt leo materno cū raptus ab vberē mores  
Acceptit:peñtíq̃ iúbas:hominēq̃ vereri  
Edidícit:nullasq̃ ruit nisi iustus/in tras:  
Sí semel aduerso radíauit lumine ferrum:  
It iurata fides:domítorq̃ inimicus:in illum  
Prima fames:timídoq̃ pudet seruire magístro.

A nebæ

Exclama-  
tio auctoris  
q̃ nō norat  
astutiā vli-  
xis.

## STATII ACHILLEIDOS

Ut vero accessit propius: luxq; emula vultum  
 Reddidit: et similem tandem se vidit in auro:

Vlives ad  
 achillem

Horrui: erubuitq; simul. tunc acer vlives  
 Admotus lateri submissa voce: quid heres?  
 Scimus: ait: tu semiferi chironis alumnus:  
 Tu cæli pelagicq; nepos: te dorica classis/  
 Te tua suspensis expectat grecia signis:  
 Ipsaq; iam dubiis mutant tibi pergama muris:

Exhortatō

Eya age rumpe moras: sine perfida palleat ida:  
 Et iuuet hec audire patrē: pudeatq; dolosam  
 Sic pro te timuisse thetim. iam pectus amictu

Agyrtes

Laxabat: quō grande tuba sic iussus agyrtes  
 Insonuit: fugiunt despectis vndiq; donis  
 Implorantq; patrē cōmotaq; prelia credunt.  
 Illius intactæ cecidere a pectore vestes:  
 Iā clypeus/breviorq; manu consumitur hasta.

Ithacus

Etholus

Mira fides ithacumq; humeris excedere visus  
 Etholumq; ducem: tantū subita arma/calorq;  
 Martius horrenda confundit luce penates  
 Immanisq; gradu ceu protinus hecōra poscēs

Virgo pele-  
 ia achilles ē

Stat medius trepidante domo: peleia virgo  
 Queritur: ast alia plangebatur parte relictos  
 Deidamia dolos/cuius cum grandia primum  
 Lamenta/et notas accepit pectore voces:

## LIBER QVARTVS

Hefit: et occulto virtus infraeta dolore:  
 Dimittit clypeū: regifq; ad lumina verſus  
 Attonitū fatiſ/inopinaq; monſtra pauentem  
 Sicut erat/ mediis lycomedem affatur in armis:  
 Me tibi care pater (dubium dimitte timorē)  
 Me thetyſ alma dedit: te pridē tāta manebat  
 Gloria: queſitum danaiſ tu mittiſ achillem:  
 Gratioreſ magno (ſi faſ dixiſſe) parente/  
 Et dolci chirone mihi: ſed corda parumper  
 Huc aduerte libenſ: atq; haſ bonus accipe voceſ  
 Te peleuſ nato ſocerum & thetyſ hofiſita iungū: Achilles ſe  
 Allegantq; ſuoſ vtroq; a ſanguine diuoſ: laudat  
 Vnam virgineo natarum ex agmine poſcunt.  
 Daſ ne? an noſ humileſ tibi degeneretq; videmur:  
 Nun renuiſ: iunge ergo manūſ: et cōcipe feduſ  
 At ignoſce tuiſ: tacito nam cognita furto  
 Deidamiā mihi: quiſ enim hiſ obſtare lacertiſ:  
 Que potuit noſtraſ poſſeſſa euadere flāmaſ:  
 Me luere iſta iube: pono arma: & reddo pelagiſ  
 Et maneo. quid triſte fremiſ: quid lumina mutāſ:  
 Iam ſocer eſ: natū ante pedeſ proiecit: & addit:  
 Iamq; ayuſ: imitiſ quotiēſ tractabitur enſiſ:  
 Turba ſumūſ: tunc et danai per ſacra/ fidemq;  
 Hoſpitiū/ blanduſq; precū cōpellat vlixeſ.  
di

STATII ACHILLEIDOS

Ille et si care comperta iniuria nata:

Et rhetidis mandata mouent:prodiq; veretur

Urgebatur  
achilles in  
bellū troia-  
num ire.

Depositū tam grande deę:tamen obuius iræ

Tot metuit fatis:argiuq; bella morari.

Fac velit:ipsam illíc matrē spreuisset achilles.

Nec tamē abnueret genero se iungere tali:

Vincitur:arcanis effert pudibunda tenebris

Deidamia gradum:veniā nec protinus amens

Credit:& opposito genitorem placat achille.

Nūcius ad  
thessaliā

Mittitur:emoniam magni qui pelea facti

Impleat.et classē/comitesq; in prelia poscat.

Auxiliū ly-  
comedis

Nec non et geminas regnator scyrius alnos

Deducit genero:viresq; excusat achiuis.

Tunc epulis cōsumpta dies:tandēq; receptū

Fedus:& intrepidus nox cōscia iungit amātes.

Xantus  
Ida

Illius ante oculos noua bella:& xātus:& ida.

Argoliceq; rates.atq; hec iam cogitat vndas:

Auroramq; timet:carā ceruice mariti

Fusa noui lachrymas iam soluit: et occupat artus

Aspiciā ne iterū:meq; hoc in pectore ponam

Facide:rursusq; tuos dignabere portus:

An tumidus teucrosq; lares/& capta reportās

Pergama virginee:nolis meminisse latebrę:

Quid precer:heu timeā ne pri<sup>9</sup>:qd ve āxia mādē?

LIBER QVARTVS

Cuſ vix flere vacat modo. te nox vna deditq;

Inuiditq; mihi. thalamis hec tempora noſtris?

Hic ne eſt liber hymen? o dulcia furta/dolictq;

O timor: eripitur miſere promiſſus achilles.

Verba puel  
le

I neq; enim tatos auſim reuocare paratus

I cautus: nec vana tethim timuiſſe memeto.

I foelix: noſterq; redi: nimis improba poſco:

Ia te ſpectabunt lachrymis/planctuq; decore

Troades: oprabuſq; tuis dare colla lacertis:

Et patriã penſare thoris: aut ipſa placebit

Tyndaris inceſta nimiũ laudata rapina.

Tindaris  
Helena

Aſt ego vel prime puerilis fabula culpe

Narrabor famulis: aut diſſimulata latebo.

Deidamia  
vult belli  
cões fieri ſi  
cut achilles  
fuit cões ar  
mog; molis  
lium

Quinage duc comite: cur nõ ego martia tecũ

ſigna ferã: tu penſa manu/baccheaq; mecũ

Sacra (quod infelix nõ credet troia) tuliſti.

Attamẽ hũc: quẽ meſta mihi ſolatia linquis:

Hũc ſub corde tene: & miſere cõcede precanti

Hoc ſolũ: pariat nequẽ tibi barbara coniunx:

Nequa det indignos thetidi captiua nepotes.

Talia dicentẽ nõ ipſe immotus achilles

Solatur: iuratq; fidem: iurataq; fletu

Spõdet: & ingentes famulas: captũq; reuerſus

Ilion/ & phrygie promittit munera gaze.

Ilion

dũ

## STATII ACHILLEIDOS

Irrita ventose rapiabant verba procelle.

¶ Argumētū quinti libri achilleidos

Nauigat ad troiā quinto fatalis achilles.

Dardanii memoratq; ithacus primordia belli

Ille sed oenidem vite/morūq; docebat

Cruda rudimenta. dederat que semiuir acer

Et laertiadem: fluctus sulcante carina.

¶ Statii papinii achilleidos Liber quintus

**E**Xiit implicitū tenebris humentibus orbem

Oceano prolata dies: genitorq; corusce

Lucis adhuc hebetē vicina nocte leuabat/

Et nondū excusso rorantem lampada ponto:

Et iā punicea nudatū pectora palla

Insignemq; ipsis que prima inuaserat armis

Eacidem quippe aura vocat: cognataq; suadet

Equora prospectant iuuenē cūctiq; ducēq;

Nil ausi meminisse palā. sic omnia visu

Mutatus rediit: ceu nunq; scyria passus

Littora peliaco raptus descēdat ab antro.

Tunc ex more deis ita nāq; monebat vlixes

Equoreis austrisq; litat: fluctuq; sub ipso

Ceruleum regem tauro veneratur auumq;

Nereus  
Nerea: vittata genitrix placata iuuenca est

Hic spumante salo iacient tumida exta profatur:

## LIBER QVINTVS

Paruimus genitrix (quæ haud toleranda iubebas)  
Paruimus nimiū: bella ad troiana/rateſq;  
Argolicas queſitus eo: ſic orſus: et alno  
Inſiluit: penitusq; notho ſtridente propinquis  
Arripitur terris: et iam ardua crefcere nubes  
Incipit: & ſcyros longe diſcedere pontho  
Turre procul ſumma lachrymis comitata ſororū  
Confefſumq; tenens/et habentē nomina pirrhū Pirrhus  
Pēdebat coniunx: oculiſq; in carbafa fixis  
Ibat: et ipſa fretū/ & puppim iā ſola videbat.  
Ille quoq; obliquos dilecta ad menia vultus  
Declinat: viduāq; domū: gemitusq; relictē  
Cogitat: occultus ſub corde renaſcitur ardor:  
Datq; locum virtus. ſenſit laertius heros.  
Herentē: et placidis aggreſſus fletere dictis.  
Te ne (inquit) magne vaſtator debite troia  
Quē danaum claſſes: quē diuū oracula poſcunt  
Erectumq; manet referato limine bellum:  
Callida femineo genitrix velauit amictu:  
Comiſitq; vllis tā grandia furta latebris:  
Sperauitq; fidem nimis o ſuſpenſa/nimiſq;  
Mater: an hec virtus tacita torperet in vmbra:  
Que vix audito litui clangore refugit  
Et tethin: & comites: & quos ſuppreſſerat ignes.  
d iiii

STATII ACHILLEIDOS

Nec nostrū est: q̄ in arma venis: sequerisq̄ p̄cātes.  
 Venisses vltro. quē talibus occupat heros  
 Eacides: longū est resides exponere causas  
 Maternūq̄ nephas: hoc excusabitur ense  
 Scyros: et indecores fatorum crimina cultus  
 Tu potius (dum lene fretū: zephirisq̄ feruntur  
 Carbasa q̄ danais tanti primordia belli:  
 Ede. licet iustas hinc sumere protinus iras.  
 Hic ithacus paulū repetito longius orsu:

Causa belli  
 troiani &  
 initium.

Indiciū pa  
 ridis

Fertur in hectorea: si talia credimus: ora  
 Electus formæ certamina soluere pastor  
 Sollīcitas tenuisse deas: nec torua mineruæ  
 Ora: nec etherēi germanam regis amico  
 Lumine: sed solam nīmīum vidisse dionem  
 Atq̄ adeo lis ista tuis exorta sub antris:  
 Consilio superum dū pelea dulce maritat.  
 Pelion: et nostris iā tunc promitteris armis  
 Ira quatit victas: petit exitialia iudex  
 Premia: raptori faciles monstrantur amyce.  
 Ille phryges lucos matris penentralia cedit  
 Turrigere: vetitasq̄ solo procūbere pinus  
 Precipitat: terraq̄ freto delatus acheas  
 Hospitis atride pudet heu: miseretq̄ potētis  
 Europæ spoliat thalamos: helenaq̄ superbus

Acheus

LIBER QVINTVS

Nauigat: & captos ad pergama deuehit argos:

Inde dato passim varias rumore per vrbes

Vndiq; /inexciti sibi quisq; /& spóte coimus

Vltores: quis enim genialia federa rumpi

Capta dolis /faciliq; trahi cónubia raptu

Ceu pecus /armétū ve: aut viles mellis aceruos

Perferat: hec etiá fortes iactura moueret.

Non tulit insidias diuū imperiosus agenor:

Agenor

Mugitusq; sacros: & magno numine vedā

Quesiit europā: aspernatuq; tonantē est

Europa

Vt generū. raptā & cythico de littore prole

Non tulit oetes: ferroq; & classe secutus

Oetes

Semideos reges /& iturā in sydera puppim

Medea

Semidei

Nos phryga semuirū portus & littora circum

Argolica incesta volitantē puppe feremus:

Vsq; adeo nusq; arma /& equi fretaq; inuia gratis

Quid: si nunc aliquis patriis rapturus ab oris

Deidamian eat: patriaq; a sede reuclat

Artonitā /& magni clamantē nomē achillis:

Illius ad capulū rediit manus: & simul ingens

Impulit ora rubor: tacuit ptentus vlixes.

Excipit oenides: quin o dignissima celi

Progenies ritusq; tuos elementaq; prime

Indolis: & valida mox accedente iuuenta

d iiii

## STATII ACHILLEIDOS

Que solitus laudū tibi semia pādere chirō:  
 Virtutisq; aditus: quas mēbra augere per artes  
 Quas nimiū foris multūq; fauētibus ede.  
 Sit precū lōgas penitus quefisse per vndas  
 Scyron :& his armis primū intendisse lacertos.  
 Quē pigeat sua facta loqui:tamen ille modeste  
 Inchoat ambiguus paulum/propiorq; coacto.  
 Dicor & in teneris/& adhuc crescētib; annis  
 Thessalus:vt rigido senior: me mōte recepit:  
 Non vllas ex more dapes habuisse:nec vllis  
 Vberibus faciāsse famem:sed spissa leonum  
 Viscera semianimesq; libēs traxisse medullas  
 Hec mihi prima serēs:hec leti munera bacchi  
 Sic dabat ille pater. mox ire per auia secum  
 Lustra gradu maiore trahens:visifq; docebat  
 Arridere feris:nec fracta ruentibus vndis  
 Saxa:nec ad vaste trepidare silentia siluæ.  
 Iam tunc hasta manu:iā tunc ceruice pharetræ:  
 Et ferri properatus amor durataq; multo  
 Sole/gelucq; cutis.tenero nec flexa cubili  
 Mébra:sed ingenti saxum cōmune magistro.  
 Vix mihi bisenos annorum torserat orbes  
 Vita rudis.volucres cum iā preuerrere ceruos:  
 Et laphytas cogebat equo:premissaq; cursu

Vita achil-  
 lis in domo  
 chironis

Laphyte

LIBER QVINTVS

Tela sequi. sepe ipse gradu me prepete chiron  
 (Dum velox ætas) campis admissus agebat  
 Omnibus exhaustūq; vago per gramia passu  
 Laudabat gaudens: atq; in sua colla leuabat.  
 Sepe etiā primo fluuii torpore iubebat  
 Ire super: glaciemq; leui nō frangere plāta  
 Hoc puerile decus: quid nūc tibi prelia dicam  
 Siluarū: & vacuos. seuo iā murmure saltus:  
 Nunq̄ ille imbelles offea per auia lynces  
 Sectari: aut timidus passus me cuspide damas  
 Sternere: sed tristes turbare cubilibus vrsas  
 Fulmineosq; suos: et sicubi maxima tigris:  
 Aut subducta iugis fete spelunca leeng.  
 Ipse sedens vasto facta expe ctabat ab antro:  
 Si sparsus magno remeassem sanguine: nec me  
 Ante nisi inspectis admisit ad oscula telis.  
 Iamq; ad ensiferos vicina pube tumultus  
 Aptabar: nec me vlla feri mauortis imago  
 Preterit: didici: quo peones arma rotatu:  
 Quo magete sua gela citent: quo turbine cestū  
 Sauromate: falcemq; getes: arcumq; gelonus  
 Tenderet: & flexe balearius aitor habenæ  
 Quo suspenſa trahens libraret vulnera tortu:  
 Inclusum quotiens distringeret aera gyro.

Offea aloffa

Tigris

Peones  
Magete

Sauromate  
Getes  
Gelonus

## STATII ACHILLEIDOS

Vix meōrē cūctos (et si modo gessimus) ad us  
 Nunc docet ingenti saltu me iungere fossas:  
 Nunc caput aeri scandentē prendere mōtis  
 Quo fugitur per plana gradu: simulacraq; pugne  
 Excipere immēsos curuato vmbone molares:  
 Ardentes intrare casas: peditēq; volentes  
 Sistere quadriuges. memini: rapidissimus ibat  
 Imbribus assiduis pastus/nivibusq; solutis  
 Sperchios: euulsasq; trabes/ & saxa ferebat:  
 Quū me ille immissum qua seuior ipetus vnde:  
 Stare iubet ptra: tumidosq; repellere fluctus:  
 Quos vix ipse gradu toriens obstāte tulissem  
 Stabā equidē: nec me referebat: p̄citus amnis:  
 Et late caligo vie: ferus ille minari  
 De super incūbens: verbisq; vrgere pudorē:  
 Nec nisi iussus ab i. sic me sublimis agebat.  
 Gloria: nec duri tanto sub teste labores.  
 Nā procul oebalios in nubila cōdere discos.  
 Et liquidā nudare palen: & spargere cestus  
 Ludus erat/ requiesq; mihi. nec maior in istis  
 Sudor apollineo q̄ fila sonantia plectro  
 Quū quaterē: prisicosq; virū mirarer honores  
 Quin etiā succos/ atq; auxiliantia morbis  
 Gramina: quo nimius starz medicamine sanguis:

pale: pales p  
 palestra.

## LIBER QVINTVS

Quid faciat sōnos:quid hiātia vulnera claudat:  
Que ferro cohibenda lues:que cederet herbis  
Edocuit: monitusq; sacre sub pectore fixit  
Iussit: qua peliācis dare iura verenda  
Gentibus atq; suos solitus placare bimēbres  
Haftenus armorum comites elemēta meorū  
Et memi:& memisse iuuat:scit cetera mater  
Aura silet:puppis currens ad littoravenit.

### ¶ Opera statiana


Tanq̄ gemma nitens hoc orbe papinius extat  
Qui siluas cecinit/thebanaq; bella cothurno  
Altisono: et duri primeum tempus achillis.  
Et nisi crudeli preuētus morte fuisset  
Stattius/ a forti cesum cecinisset achille  
Hectora:et in paridis finisset proditione.

¶ Errata hui⁹ libri que in nonnullis minime reperiūt.  
Primo in tertio versu.v.folii ponit modis pro modū  
Itē in prima anotatiōe .vi.folii actē pro acusatiuus ē.  
Item in fine eiusd̄ nicomedis pro licomedis. Item in  
oḡtauo sub ānotatiōe scyros/littore p littoree.  
Itē secūdo codice forans p formas Item in primo  
folio.iii.codicis/ secundū melius legēdū est facundū.  
Itē eod̄ graduias p grauidas.

¶ Textus tamē ppter littere in litterā trāsmutationē/  
aut trāspōsitiōnē obscurior nō efficiet Nullāq; sermo  
nis ābiguitatē legētib⁹ & pauca callētib⁹ relinquet.

Hoc volumē pro Iohanne Petit in bellouisu  
Impressū fuit. Anno ab incarnatiōe Dñi  
Millesimo quingētesimo .vi. Mense nouē  
bri Die.xxi.

Was dar Linderle die natur in gottlycher seker  
 Was godes geyst barm all mycht in mycht  
 Was is idel afgoddis vorwar  
 Was sege ick dy al apbar sey soly weyt dy  
 Die natur yd ganz worden z sint dy wort  
 Dem daniel yd se ganz vor worne 2801 (24 = 45 ft  
 dan dem boke geist yd se besen honor der licheit  
 Was se vnd godes geist mycht kan weyt




dy  
 2801  
 24 = 45 ft  
 honor der licheit  
 kan weyt

Einmal 2 p...  
 D...  
 ...

So gott allme kennet gott  
 mich nimmet nach also klor  
 So gott wirt to. p. x. also gott  
 curd mit weisheit alles fleissig obott  
 Was kan me to on mycht ormycht  
 Was kufft gott arbygt off reinge / dyer  
 To ganz loubest in sy guld  
 mit ower ower vater wills in sy hande  
 Is better dem ick diese wirt  
 Heis dem ick die inge / dyer  
 Was dyer dy er ick dyer  
 Was dyer dy er ick dyer







ALVENSLEBEN  
Cc  
432












Corpus legi ministrat quod ille solus dicit sub Joann. 8. Corpus aut obnoxium  
 est.

# Statius in achilleide

Corpus legi ministrat quod ille solus dicit sub Joann. 8. Corpus aut obnoxium  
 est.



Monstrum  
 monstrum  
 monstrum  
 monstrum  
 monstrum

ad fatis ne desinat fides  
 et q. and. et dem. a pr.  
 huc quod **Venundantur**  
 volute tradidit in **Sub le**  
 p. m. m. d. (p. m. q. d.)  
 et o. Caro legi fine st.  
 ministrat) hanc obedi  
 et. Ma. et leg. n. g. ad p.  
 aboleni ad q. m. m. g.  
 p. m. g. d. m. m. m. g. z.  
 p. m. g. p. m. no. d. d. m. m.  
 p. b. si. p. m. m. g. m. g. p. m.  
 (p. m. g. m. in. p. m. g. d.)  
 no. p. m. g. z. p. m.

